



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum timor sit peccatum? 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

¶ Tertio, vtrum sit peccatum mortale?
 ¶ Quarto, vtrum excuset, vel diminuat peccatum?

ARTIC. I.

Vtrum timor sit peccatum?

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd timor non sit peccatum. Timor enim est passio quædam, vt supra * habitum est. Sed ex passionibus non laudamur neque vituperamur, vt patet in † 2. Ethico. Cùm ergo omne peccatum sit vituperabile, videtur quòd timor non sit peccatum.

634
 * 1. 2. 9.
 23. ar. 4.
 ¶ 9. 42.
 † 6. 5. 5.

¶ 2 Præterea, Nihil quod in lege diuina mandatur, est peccatum: quia lex Domini est immaculata, vt dicitur in Psal. 18. Sed timor mandatur in lege Dei: dicitur enim ad Ephes. 6. Serui, obedite dominis carnalibus cum timore, & tremore. Ergo timor non est peccatum.

¶ 3 Præterea, Nihil quod naturaliter inest homini, est peccatum: quia peccatum est contra naturam, vt * Damasc. dicit in 2. libro. Sed timere est homini naturale. Vnde Philosoph. † dicit in 3. Ethic. quòd erit aliquis insanus, vel sine sensu doloris, si nihil timeat, neque terræ motum, neque inundationes. Ergo timor non est peccatum.

li. 2. 675.
 fid. c. 4.
 ¶ 30.
 † c. 7. in
 med. 1. 5.

SED contra est, quod Dominus dicit Matth. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus. Et Ezech. 2. dicitur, Ne timeas eos, neque sermones eorum metuas.

RESPONDEO dicendum, quòd aliquid dicitur esse peccatum in actibus humanis propter inordinationem. Nam bonum actus humani in ordine quodam consistit, vt ex supra * dictis patet. Est autem hic debitus ordo, vt appetitus regimini rationis subdatur. Ratio autem dicitur aliqua esse fugienda, & aliqua esse prosequenda. Et inter fugienda, quædam dicitur esse magis fugienda, quàm alia. Et similiter etiam inter prosequenda, quædam dicitur esse magis prosequenda, quàm alia; & quantum est bonum prosequendū, tantum

q. 109. a.
 2. ¶ 9.
 114. a. 1.

D 2 est

est aliquod oppositum malum fugiendum . Inde est quòd ratio dicat quædam bona magis esse prosequenda, quàm quædam mala fugienda. Quando ergo appetitus fugit ea quæ ratio dicat esse sustinenda, ne deficiat ab alijs quæ magis prosequi debet : timor inordinatus est, & habet rationem peccati. Quando autem appetitus timendo refugit id quod est secundum rationem fugiendum : tunc appetitus non est inordinatus, nec peccatum.

*l. 2. Ethic.
c. 5. 10. 5.*

Ad primum ergo dicendum , quòd timor communiter dicitur, secundum suam rationem importat uniuersaliter fugam: unde quantum ad hoc non importat rationem boni , vel mali; & similiter est de qualibet alia passione . Et idè Philosophus * dicit, quòd passionibus non sunt laudabiles neque vituperabiles : quia scilicet non laudantur neque vituperantur , qui irascuntur, vel timent, sed qui circa hæc aut ordinatè, aut inordinatè se habent .

Ad secundum dicendum, quòd timor ille, ad quem inducit Apostolus , est conueniens rationi: ut scilicet seruus timeat ne deficiat in obsequijs , quæ domino debet impendere .

Ad tertium dicendum , quòd mala quibus homo resistere non potest , & ex quorum sustinentia nihil boni prouenit homini , ratio dicat esse fugienda : & idè timor talium, non est peccatum .

ARTIC. II.

635

Utrum peccatum timoris opponatur fortitudini ?

*1. 2. q. 23
ar. 5.*

*gl. ordin.
Ps. 127.
Eft Au.
l. 1. q. E-
uang. c.
47. 50. 6.*

Ad secundum sic proceditur . Videtur, quòd peccatum timoris non opponatur fortitudini . Fortitudo enim est circa pericula mortis , ut supra * habitum est. Sed peccatum timoris non semper pertinet ad pericula mortis : quia super illud Psal. 127. Beati omnes qui timent Dominum, † Glos. dicit, quòd humanus timor est , quo timemus pati pericula carnis , vel perdere mundi bona. Et super illud Matth. 26. Oravit tertio eundem sermonem, &c. dicit * Glos. quòd triplex est malus timor, scilicet timor mortis, timor

vi.